VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 82r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift





insaturabilis. xiiij Sapiens muli
er edificauit domum suam. insipiens
exstructam quoque destruet manibus. Am
bulans recto itinere et timens deum de
spicietur ab eo. qui infami graditur via.
In ore stulti uirga superbie. labia sapi
encium custodiunt eos. Ubi non sunt
boues presepe uacuum est. ubi autem plu
rime segetes ibi manifesta fortitudo
bouis. Testis fidelis non mentietur. profert autem
mendacium testis dolosus. Querit deri
sor sapiam et non inuenit. doctrina
prudencium facilis. Vade contra uirum
stultum. et nescit labia prudencie. Sapi
encia callidi est intelligere uiam suam.
et inprudencia stultorum errans. Stultus
illudit peccatum. et inter iustos morabi
tur gracia. Cor quod nouit amaritudi
nem anime sue. in gaudio eius non misce
bitur extraneus. Domus impiorum delebitur. ta
bernacula iustorum germinabunt.

Est uia que uidetur homini iusta. nouis
sima autem eius deducunt ad mor
tem. Risus dolore miscebitur. et extre
ma gaudii luctus occupat. Viis suis
replebitur stultus. et super eum erit uir bo
nus. Innocens credit omni uerbo. astutus
considerat gressus suos. Sapiens timet
et declinat a malo. stultus transiuit et
confidit. Impaciens operabitur stulticiam.
et uir uersutus odiosus est. Possidebunt
paruuli stulticiam. et astuti expectabunt
sciam. Iacebunt mali ante bonos. et
impii ante portas iustorum. Etiam pro
ximo suo pauper odiosus erit. amici
uero diuitum multi. Qui despicit
proximum suum peccat. qui autem miseretur
pauperi beatus erit. Qui credit in domino
misericordiam diligit. Errant qui operantur
malum. Misericordia et ueritas preparant bona.
In omni opere bono erit habundancia.
ubi autem uerba sunt plurima. ibi frequenter
egestas. Corona sapiencium diuicie eorum.
fatuitas stultorum imprudencia. Liberat
animas testis fidelis. et profert mendacia
uersipellis. In timore domini fiducia for
titudinis. et filiis eius erit spes. Timor

domini fons uite. ut declinet a ruina
mortis. In multitudine populi dignitas
regis. et in paucitate plebis ignominia prin
cipis. Qui paciens est multa gubernatur pru
dencia. qui autem impaciens est exaltat stul
ticiam suam. Vita carnium sanitas cordis.
putredo ossium inuidia. Qui calumpnia
tur egentem exprobrat factori eius. hono
rat autem eum qui miseretur pauperis. In ma
licia sua expellitur impius. sperat autem iustus
in morte sua. In corde prudentis requiescit
sapiencia. et in doctos quosque erudiet.

Iusticia eleuat gentem. miseros facit
populos peccatum. Acceptus est regi mi
nister intelligens. iracundiam eius inutilis
sustinebit. Responsio mollis frangit xv. 14
iram. sermo durus suscitat furorem. Lin
gua sapiencium ornat sciam. os fatuorum
ebullit stulticiam. In omni loco oculi domini
contemplantur bonos et malos. Lingua
placabilis lignum uite. que autem immo
derata est conteret spiritum. Stultus irridet di
sciplinam patris sui. qui autem custodit
increpaciones astucior fiet. Domus iu
sti plurima fortitudo. et in fructibus im
pii conturbacio. Labia sapiencium dis
seminabunt sciam. cor stultorum dissimile
erit. Victime impiorum abhominabiles do
mino. uota iustorum placabilia. Abho
minacio est domino uia impii. qui sequitur
iusticiam diligitur ab eo. Doctrina mala
deserenti uiam uite. Qui increpaci
ones odit morietur. Infernus et perdicio
coram domino. quantomagis corda filiorum
hominum. Non amat pestilens eum qui
se corripit. nec ad sapientes graditur.
Cor gaudens exhilarat faciem. in more
animi deicitur spiritus. Cor sapientis que
rit doctrinam. et os stultorum pascitur
impericia. Omnes dies pauperis mali.
secura mens quasi iuge conuiuium. Melius
est parum cum timore domini. quam thezauri
magni et insaciabiles.

Melius est uocare ad holera cum carita
te. quam ad uitulum saginatum cum odio.
Vir iracundus prouocat rixas. qui pa
ciens est mitigat suscitatas. Iter im